1639 ~~1627~~

ad Justificationem etiam ultra proximos Terminos officii praesen castren Capitan Praemislien dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel Triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Juris Protectione Temporibus bello Conventiones Cum aliis Juris medijs et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Vigore inscriptionis praesentis donatoria ad praemissa omnia et singula mediante.

Sabbatho post diem Cinerum proximo Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Primo. 1651 257/II

Illustrissimus Episcopus Praemislien & Zerek inter se roborant

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Joannes Baptista de Zamoscie Zamoyski Episcopus Praemislien ab una et Generosus Andreas Zerek ab altera partibus sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus iuribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Jurisdictioni se cum suis Succesoribus ac bonis generaliter omnibus quoad actum hunc attinet totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo invicemque ab utrinque de et super bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus haereditarijs et obligatorijs summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis Intercisam certam inter se recognitam ratione certarum rerum et Condicionum in eadem Intercisa expressarum de acta et data illius hic Praemisliae Feria Tertia post festum Sanctae Agnethis Virginis et Martyris proxime praeteritae confectam manibus propriis recognitam ab utrinque subscriptam et sigillis Communitam in tribus ... Intercisae Condicionibus punctis Clausulis articulis verbo nexibus

~~1628~~ 1640

ligamenta beneficiisq̃ iuris generalibus Vniuersaliter tenere comple-
re exequi et inuiolabiliter obseruare inscribunt et obligant
omnibusq̃ et singulis eiusdem Intercisae Contentis tam in toto
quam in parte totis quoties opus fuerit satisfacere Intercisam
oblatam ad inscriptionem praesentem roborationem et inscriptio-
nem praesentem roboratoria ad Intercisam in toto mutuo Vicissim
referendo. Idq̃ sub Vadio sex Millium Quingentorum florenorum
pecuniae Polonicae per partem in praemissis contrauenientem siue
eius Successores parti praemissa tenenti in casu praemissorum non
Completionis omnium et singulorum ad soluendum succumbendo
Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succumbit
ac pro re aliqua principali non completa complenda quoties Pars
Vna praemissis Contrauenerit Siue ipsius Successores parti praemissa
tenenti ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Citata
existens ex tunc coram eodem officio Castrensi Capitan. Premisliensi
Recessu Supraseriorum quoad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare respon-
dere iuri parere Vadium praefatum Luere et omne iudicatum pati
debebit et tenebitur seq̃ et Successores suos ad eaq̃ omnia obli-
gant eamq̃ Primum Terminum Vti et alios omnes exinde Con-
sequentes Causae eiusq̃ Terminos semper peremptorios Vera
infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione
intra Vel extra Regnum seruitio Militari ad Victoriam adminis-
trationis? nimenta Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem Vltra proximos officii praefati
Castrensis Capitan. Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nul-
lasq̃ motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac
praemissa omnia plenis simplicibus Vel triplicatis exceptionibus
Suspensionibus Fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Con-
uentione? ... et aliis omnibus Iuris remediis et defensis non vten-
ter fugiendo Hac sua praesenti recognitione in forma mediante

Domini

ad eadem